invisibilitatis ingressus est ait leontio fratri suo. Ad summam felicita
tem michi nichil deesset si michi semper uxor defuisset. Cui leontius. Et quomodo
uxor obstat? At ille. Mariti omnes hoc sciunt. Amice utinam si
mul maritus celibs et non sis ut scias quod felicitatem impediat.
Valentinus imperator octogenarius adhuc virgo cum audisset die fa
ti sui preconia triumphorum suorum recoli quibus erat frequentissimus
ait una tantum se gloriari victoria. et requisitus quenam respondit. Quod
inimicorum nequissimum domui carnem meam. Amice. hic inglorius
ingressus esset a seculo nisi fortiter ei restitisset cum qua tu familiariter
assensum pepigisti. Cicero post repudium uxorari noluit. dicens
se pariter uxori et philosophie operam dare non posse. Amice uti
nam animus tuus hoc tibi respondeat tua lingua tua michi. ut loquen
do saltem eloquentie principem dignus imitari. et michi spem facias
vel vanam. ¶ Canius agadibus hispal' poeta facundie levis et iocunde
reprehensus est. a liveo peno gravi et uxorato hystoriographo quod
multarum gauderet amoribus his verbis. nostram philosophiam participare non
poteris dum a tot participaris. Non enim eo iecore tinonem a
mat titius quod in multa dividitur. cui canius. Si quando labor resur
go fortius. Si paululum opprimor alacrius resumo aerem. Vices
nocturnas dies reddunt leniores. Sed tenebrarum perpetuitas instar in
ferni est. Sic lilia primeva veris solis delicata temporibus va
rietate tum euri tum zephiri tum nothi letancia effusione
lasciviunt. quibus uno spiritu fulmineus libs occasum facit. Sic mars
ruptis testudinis in mensa celesti recumbit. communia supra
aqua uxorius in labiis suo fine longe religatur. Sic levius ligant
multa fila quam sola cathena. Sic michi a philosophia delitie et solatium am
ce utrisque uberiora pro vitam neutri. Cum tamen multi ledunt morbi
salutis incessitudine insolati quam languor unicus quam doloribus ir
remediatis non cessat affligere. ¶ Pacuvius flens ait vicino
suo arrio. Amice. Arborem habeo in orto meo infelicem. de
qua se prima uxor mea suspendit. Postmodum secunda. Iam
nunc tertia. Cui arrius. Miror te in tantis successibus lacrimas inve
nisse. et iterum. Dii boni. Quot dispendia tibi arbor illa suspendit? Et
tertio. Amice. Dede michi de arbore illa surculos quos seram. Amice